



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXI. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. MELCHIOR
RVIZ.

Hispanus
Xereticj 20.
Jan. 629.
21. at. 66. a
Soc. 50.

Votatig.

Cum Granatâ à suis ad Societatem Cabiret, nihil rei aut spei splendida sibi foris relictum voluit, seque omnibus ad eum exiit, ut disertè dixerit nolle se ullam sui apud suos extare memoriam, nisi cum Deum orarent. Scopus quò sua destinabat, erat ut Societatem pro Matre haberet omnesque boni filij numeros erga illam vndeque expleret. Nihil sibi parci voluit

quin labores & maximos & difficillimos exantlaret, maxime si nihil splendoris præferrent. Licet impiger ad omnia se se porrigeret, atque cum summis & infimis versaretur, nunquam tamen oculis ac reliquo corpori quicquam indulsit quod Angelicas modestiæ in tyrocinio acquisitæ leges vel latum vnguem laxaret; semper Nquitius, semper veterantis, & in utroque utilis omnibus atque amabilis; clero potissimum cuius sodalium per diu gubernavit, magnâ plus quam ordinariæ virtutis famâ,

Modestia.

XXI. DIE IANVARIII.

PAVLINVS CECOT-
TVS COADIVT.

21. Jan. Ita-
lus Romæ.
612 alius
10 Jan. po-
nit alius 15.
Oratio.

S. P. Ign.

Certum est illum horas duxisse, imò noctem aliquando integram pernoctasse in oratione DEI: cuius dono ad eum pollebar, ut cum P. Mutij Vitellesci vitâ iam pro deplorata à Medicis haberetur Aquinua Præpositus Generalis Paulinum Schedâ perscriptâ iusserit tam diu in preces incumbere, donec Mutio vitam à DEO obtineret. Acceptâ schedâ, Paulinus octo horas integras flagranter orationi dedit, & lætus surrexit; quò ipso die P. Mutius Tusculi sensit plurimum lauamenti, postea penitus restitutus. Illud quoque comperit famâ de Paulino traditum est, illum, cum plures reliquijs B. Patris Ignatij curaret, eandem cæco Blondi cuiusdam Societatis desertoris oculo admouisse: verum contrariè ac sperabatur accidisse. Etenim desertor ille iusto DEI iudicio, alterius quoque oculi lumen illâ reliquiarum contre-

statione extinxit. Cum ætas illi orium à laboribus permisisset, septem horas orandi contentioni dabat quotidie. Vix duorum cochlearium fuit id quod comedeat: aiuntque id quoque breui per os ab illo reiectum. Aegrorum curam gerente illo, æger quispiam stomachi vitio Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum vomitu eiecit, id omne Paulinus auidè sumpsit in reuerentiam SS. Sacramenti.

Cibus.

Euch.

P. RAYMVNDVS
DE FUNES.

Post alia munia Magister Nouitiorum, sui affligendi studiosissimus. Nullum diem sine pœnitentiæ Sacramento transire sibi voluit. Litanias omnium Sanctorum eorum quos à Societate inita quot mensibus acceptos descripserat, quotidie recitabat. Vultus illi ad admirabilitatem vsque semper idem in prosperis & aduersis, animo nunquam aut quassato, aut erecto, imò ne voce quidem impetu quopiam

Hispanus
Olca. 11.
Jan. 1646.
Mortif.
Conf. quotid.

Sancti.

Contemptio
vita.N. V.
Mortif.Pafio
Christi.

Oratio.

Cast.

Pia collo-
quia.

Beneficium.

Humilitas.

piam elatâ, vel fractâ. Vitæ communi ita in religione afuefcendum aiebat, vt nullo valerudinis obtentu aliter diceret faciendum. Debet, inquiebat, debet decem annos lubens de vita fibi detrahere, vel pati vt deterantur, quisquis virtuti serio fe addixit. In Sanctorum quorundam, potiffimum in Bmæ Virginis vigilijs pane frigidaque conftanter contentus ieiunabat, quidquid contra obfifteret pertenuis valetudo. Imago vultum patientis Chrifti exhibens, in delicijs illi erat. Ad hanc ille libro impofitam, cum diuinum officium recitaret, aut quidpiam legeret, oculos referebat, & colloquia diuina mifcebat fufpirijs tenera, & sæpè repetita. Cum federet, non fe acclimabat, vt ægrè fibi faceret. Intemperatum caftimonix fuæ florem fine macula conseruauit, Mortificationis, & humilitatis curâ insignis. Ad alios eâ in re ftabiliendos, vt de caelestibus libenter colloquerentur, neque terrena libentius aut vana, quam diuina fermone tractarent, atque hac etiam in re nullo humano refpectu ducerentur, certum quendam conftituerat qui quot hebdomadis femel narraret illud exemplum de quodam Societatis noftræ Sacerdote, cui fe confpiciendum præbens Chriftus, manifestis indicijs oftendit, quantam inde caperet voluptatem cum de fpiritalibus rebus fit Sermo in ea, quæ apud nos conftuetis horis fit, recreatione: & quantâ contra auerfatione fe habeat ab ijs linguis, quæ pretiofa illa, & caelestibus vt colloquijs, ita lucris deftinata animi relaxandi tempora, ijs verbis impendunt, quæ à fine noftro funt aliena. Bilbilitano Collegio tantum dedit, vt inter Benefactores insignes cenfeatur: nunquam tamen vel verbo id ab eo indicatum, vel aliud quippiam, quod vanitatis fumum faperet, in illo adurerit quifpiam, Moriturus,

Confeflarium enixè rogauit, vt omni quâ poffet arte adhibita fuæ morti adiuuandæ adelfet, vt eam fummo quo id fieri poffet fpiritus animique ardore obiret.

Mort.

P. I V D O C V S S C H A P E L I N C K.

Societatem anno 1607. ingreffus, Collegij in quo degebat Angelus dicebatur. In ftudijs, miffionibus, rerum fpiritalium præfectura, orandi ftudio, eximius. Verum aiunt de illo illud non femel repetitum elogium: *non offendit in verbo* idque non folum ne quid alienum diceret, fed etiam ne audiret. Sibi vehementer attentus, in charta designabat, quid quoue modo fibi effer agendum. Quidquid fenfus delectat horrebat, & quâ poterat abftinebat. Corpus perpetuè exuere videbatur, artibus affiduis in id intentus, vt fpiritu fole viueret. Inde illi fpiritalis lectio, & maxime Iacobus Aluarez de Paz, in delicijs & vfu perpetuo fuit. Humilitatis perquifita ftudio nil vnquam dixit aut fecit, ex quo vel fufpectare liceret laudis illum aliquid aucupari. Quare nec benè de fe, nec malè locutus eft vnquam. Confeflarium particulatim de ijs confulebat, de quibus Magiftram folent Nouitij meliores. Manus contra frigoris vim, quantumuis accerrimam, nunquam munire voluit, licet à gelu rigerent, & cruentæ hiarent. Aliquis per feptem annorum fpacium, nonnemo (& quidem valdè perfpicax) per ipfos duodeviginti annos, in illum attentè intentus teftatur, fe in illo nihil vnquam aduertere, per omnem fuam diligentiam potuiffe, quod vel venialijs peccati notam præferret. Aiebant alij, fe illius afpectu magis accendi ad accuratam difciplinæ ac legum obseruantiam.

Belga Lo-
uanij 21.
Jan. 1 53.
ætat. 69.Lincen.
custodia.

Mortif.

Leff. Spir.

Humilitat.

Moreff.

uantiam, quam cum leges ipsas legunt, aut legi audiunt; adeo viua in eo regula omnes relucebant. Virgo Deo sacra, fidem ob mores laude dignos commerita, ingenuè facta est; nunquam se absentis etiam Patris Iudoci precibus commendasse, quin

Castit.

impura, quibus infestabatur imagines confestim è mente abierint. Modestia illius omnibus nato, grata, constans, ac animi torius fidelis & castus index. Reliqua in vita fufius ad annum 1653.

XXII. DIE IANVARII.

P. IACOBVS
DE YEVENES COAD.

menter inflictis, alapis quoque adiectis.

Hispanus
Granacæ.
22. Ian. 1585.

A pud B. Ioannem de Deo per 7. annos ministravit in Xenodochio pauperibus, Societatem anno 1556. ingressus, cum 24. ætatis annum ageret. Perpetua illi innocentia laus constitit, & viua quædam miseratio erga omnes afflictos totis viribus adiuvandos. Diues quidam vir, & nobilis illius monitu mirum in modum liberalis erga inopes factus est posteaquam Iacobus illi dixit: Daret eleemosynam non parca manu? fore ut experiretur id quod se experiri ipse aiebat. Quotidie, ait, è paucis illis herbis quas habeo in horto aliquid decerpò pro Christi pauperibus: & tamen nunquam mihi deficient. Parendi studium in illo fuit promptum semper, & cæcum. Iustum cribro aquam haurire, opinio est obedienter id præstitisse, nec aquæ guttam vllam è cribro effluxisse: Orandi efficacitate quædam non ordinaria patrasse: visum in culinæ angulo, in oratione à terra sublimem non semel. Circa cibum duo in eo singularia cernebantur; alterum, quod parca admodum vesceretur; alterum, quod ea sibi deligeret ad vescendum quæ vix famulorum vllus admitteret. Si minimum quidpiam nœui in se adverteret, castigabat flagris sibi incele-

Obed.

Oratio.

Martirio.

P. MATTHÆVS
ALBENOSA.

Mansueta quædam placidè agentis vbiq; ingenij erga omnes charitas, erga disciplinæ domesticæ accuratorem sanctimoniam, erga DEIPARAM obseruantiam, cum insigni erga seipsum duritie coniuncta in illo eluxit. Mira item in diuinis religio atque integritas, hostis omnis inertia. Morientem dulcissimis delictis impleuit conspecta illi cum S. Petro Apostolo DEIPARA Virgo morientium fidelis Mater, vltima spirantis vox cantus fuit in hæc verba: videant te oculi mei, dulcis & bone IESV, videant te oculi mei, & ecce me ut statim emoriar. Cecinit, & oculos in vitam clausit Bilbili; Hispani Calatayud vocant.

Hispanus.
Bilb. li. 22.
Ian. 1585.

B. P.

Mort.

P. MELCHIOR
FRANCISCUS.

A agro Beatissimæ Virg. Sodali, quem confitentem audiebat, hausta lue decessit Beatissimæ V. Matris Sacellum domesticum & cum Scholasticus; & cum Sacerdos iam esset, scopis verrebatur, componebat, ador-

Lusitanus.
22. Ian. 1608.
B. P.